



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

106 Clerici, quando torqueri poßint.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

Nullum inter eos discrimen esse videatur.  
 105 † Nam, licet pro eorum delictis torqueri possint, nobilibus, doctoribus, & aliis privilegiatis non sunt postponendi, in d. ipsos laicis omnibus esse preferendos probatur auctoritate Constantini Imperatoris, qui cum clericorum quorundam querelam coram se defendendam conspiceret; vos, ait, à nemine iudicari potestis, quia solius Dei iudicio reservamini. Dij etenim vocati estis, & idcirco non potestis ab hominibus iudicari, cap. continua, 11. quest. 1. & c. futuram, §. idem verò, 12. quest. 6. Ideò nullo pacto possunt esse inferioris conditionis aliorum privilegiatorum

106 † Non enim possunt torqueri, nisi graviora, & urgentiora proferantur indicia, per l. presbyteri, ubi etiam glossa & Bald. C. de episc. & cler. Boss. in tit. de tortur. test. quest. 10. num. 6. & Farinac. pract. crimin. quest. 41. num. 8. Et in processibus criminalibus in nihilo deterioris conditionis aliorum privilegiatorum sunt habendi ex supra deductis.

107 Sæpe † queritur, an reus possit torqueri nullis datis defensionibus, Et distinguendum est, nam, aut loquimur de causa principali, nempe super dictis principalibus, de quibus agitur, & tunc aut petit copiam indiciorum cum termino ad faciendum defensiones, & copia est danda cum termino competenti, per text. in l. vnus §. cognituram, ibi, postulante reo, ff. de quest. & tres dilationes reo sunt concedendæ, ut l. fin. ff. de ser. las. in l. properandum, num. 16. C. de iudic. & Clar. in pract. crimin. §. si. quest. 48. num. 2.

Cop. à autem indiciorum non petita, potest ad torturam procedi non datis pri-

us defensionibus, per text. in d. l. vnus §. cognituram; ibi postulante reo, ff. de quest. Atret. in cap. qualiter, & quando, il. 2. §. debet col. 2. vers. sed dubitatur, de accusat. Abb. in cap. cum in contemplatione, nu. 3. de reg. iur. Gand. in tit. de quest. & torm. col. 5. vers. sed. quid erit de questione de facto, quæ quotidie occurrit? Ang. in ver. fama publica, char. 3. vers. item aduersas, de c. 2. de deposit. & post. supra relatos Boss. in tit. de indic. num. 74. & in tract. de cens. ff. num. 16. Paril. de put. in tract. syndic. fol. 88. col. 2. vers. cum iudex, & idem probat in tit. de indic. ant. tort. nu. 79. ubi testatur, hanc esse communem mentem doct. & communem opinionem, & ita communiter practiceri, & hanc opinionem sequitur Clar. in pract. crimin. §. fin. lib. 5. q. 64. n. 27. vers. si verò eamque comprobat Farina; in sua prax. tom. 1. par. 1. de indic. & tortur. quest. 39. n. 1. & 2. licet postea, ut mox dicam contrarium sustinere conetur.

108 Contrariam † autem opinionem, quod, scilicet, reo etiam non petenti copia iudiciorum antequam deveniatur ad torturam sit danda cum termino ad faciendas defensiones, post Boss. in tit. de indic. & consider. ante tort. numer. 74. & Clar. in pract. crimin. quest. 48. in fin. principii, quest. 64. sub ver. sed quid stille, & §. fin. q. 49. in prin. & plures alios quos citat, tenet Farinac. in dicta quest. 39. numer. 2. & numer. 99. & 100. quam præcipuè fundat super const. Pauli III. de qua in Bull. Ro. cap. 58. pag. 471. & Pij IV. cap. 74. pag. 755. & statuta Urbis. Sed dictæ constit. Pauli III. & Pij IV. non constituunt jus universale, sed particulare; fuerunt enim particulariter editæ